



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 18. Mariæ Angliæ Reginæ obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

riæ Patres in conquirendis suppetiis solidum biduum impendebant, attamen brevi per Mariæ Reginæ obitum, qui paulo post acciderat, non modo hi Patres, sed etiam Oratores Cercampum missi a sua sollicitudine eximebantur; unde hi quantocius colloquium dissoluerunt, polliciti tamen, se ad prosequendum pacis negotium proximo Mense Januario rursus conventuros.

§. XVIII.

Mariæ Angliae Reginæ obitus.

Thu. l. 20.
p. 623.
Burnet
p. 550.
Sand. de
schism.
Angl. l. 2.

Ceterum hujus Reginæ vires indies magis, magisque deficere videbantur: cum enim se prægnantem esse existimaret, ac remedia minus apta adhiberet, suique corporis curam quibusdam committeret mulieribus, quæ obtumentem uterum Reginam suam non nisi vana spelactare intentæ erant, hinc Medicorum consilium exquirere negligebat, quorum tamen ope fors a malo, quo laborabat, liberari potuisset. Ab eo igitur tempore semper infirma utebatur valetudine; primævo enim naturæ vitio atra bili abundabat, crebrisque vexationibus, quibus regnante utroque Rege Prædecessore expolita erat, animi tœdium augebatur, quinimo, cum progressu temporis a Rege Marito suo priſtino affectu feso noncoli haud obscure cognosce-

gnosceret, exinde animi sui ægritudo Sæcul. XVI.
 indies magis, magisque crescebat. Tan- A.C. 1558.
 dem Caletensis Urbis jaætura illam ad
 eum redigebat statum, ut non nisi pau-
 corum confortium sustineret, ejusque
 corpus ipsam animi mœstitia confe-
 ßum indies viribus exhauriretur: unde
 stomacho ultra modum tumescente tan-
 dem hydropis morbo laborare declara-
 batur, qui cum etiam jam ineunte Men-
 se Novembri semper magis augeretur,
 die decima septima ejusdem Mensis
 consumpta obiit, postquam annos qua-
 draginta tres ætatis suæ, Regni vero
 quinque, ac quatuor Menses, diesque
 undecim expleverat.

§. XIX.

Cardinalis Poli mors.

Inter hujus Reginæ, ac Cardinalis Poli *Ciacon. in
 vit. Pont.
 t. 3. p. 627.
 & seq.*
 obitum nonnisi sexdecim horarum
 spatiū intercedebat; hic enim illa
 nocte, quæ decimam septimam a de-
 cima octava ejusdem Mensis Novembris
 die separat, mortalitatem exuit: post-
 quam Anno Christi millesimo quingen-
 teimo Mense Martio, vel Mayo natus
 non nisi annos quinquaginta novem vi-
 xerat. Referunt Scriptorum nonnulli,
 quod accepto nuntio de Mariæ Reginæ
 obitu tanto dolore fuerit affectus, ut
 crucem suam sibi tradi postulaverit, &
 Cruci-

*Thuan. l. 6.
 Goduin de
 Præsul.
 Angl. in
 Arch. Cantab.*